

## **ROMANI IN GALLAECIA**

Decimus Iunius Brutus, provinciam Hispaniam Vlteriorem gerens, Romānis provinciis novum finem dedit et inde “Gallaecum” cognōmen meruit.

In illo tempore turmae praedonum, egestate cibi coactae, Lusitaniam continenter populabantur, atque Brutus exercitum in expeditionem adduxit ut illas iniurias in Romam terminaret. Proclamavit Romānam auctoritatem minuere et populos Hispanos imperium Romānum minari. Itaque, Brutus, in septemtriones cum copiis veniens, multas gentes subegit. Paulo post, cum militibus suis ad flumen pervenit. Ibi iussum dedit Brutus: “Milites mei, in alteram ripam transibimus et maximam gloriam obtinebimus, quia illam partem terrarum nullus Romānus vidit”. Illi viri, qui in tantis pugnis fortes ante fuerant, dixerunt flumen Lethem esse, et transitum oblivionem creare. Brutus suos milites, veteri superstitione captos, increpavit: “Exercitu Romāno digni non estis. Videte me et exemplum capite”. Subito his verbis calcaria equo, qui hinnitum expulit, subdidit et trans flumen it. In alteram ripam veniens, nomine omnium militum vocavit. Sic, memoriam suam esse integram probans, superstitionis fraudem monstravit peregitque iter usque ad promontorium quod super mare impendit: ibi solem sub aequorem vespere viderunt. Dehinc illum promontorium “Finis Terrae” vocatur.

## **LVCIVS IVNIVS BRVTVS**

Vulgus Romānus Lucium Iunium Brutum, filium sororis regis Tarquinii, stultum esse putabat. Sed frater suus, ob divitias ab avunculo invisus, crudeliter occisus erat; itaque, Brutus, idem fatum metuens, stultitiam finxit. Sed post paucos annos in regem Tarquinium, paene ab omnibus Romānis contemptum, magnum odium crevit, quia filius suus Lucretiam, nobilem mulierem, stupraverat. Brutus, occasionem optimam cognoscens, nuntiavit reges potestatem non merere, et populum possidere summum imperium. Tum res publica incipit et duo consules creati sunt: ipse Brutus, et Lucius Tarquinius Collatinus, Lucretiae maritus.